

---

Pro piis iuvenibus brevissima verae pietatis institutio

Nürnberg 1529

Rar. 1987#Beibd.2

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00010838-9

VD16 P 4859

---


## Copyright


Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.






Dñe misericordia nobis fidem.

Dñe summus iustitiae rex et misericordia nra.

4701

[2]

PROPI  
IS IVVENIBVS  
breuissima ueræ pieta  
tis institutio. vnde  
cunque collecta.  
M. D. XXIX.



P. Editions Augsbourg  
Nro 6

AD IVVENTVTEM  
vt Sapientiae & virtuti  
studeat.

Hanc describe viam tibi, quae te ducat ad astra  
Quia possis animo proximus esse Deo.  
Doctior at uiues: manet hinc decus omne per æcum;  
Tu si forte frequens cælum Helicona petis.  
Si nimis es fœlix, subeat tua pectora uirtus  
Sola qua nesciat, mens spacioſa, mori  
Cætera quæ mundo vulgus miratur & ambit  
In annos abeunt tempore cuncta breui.



## VB ET CHRISTVS PAR =

uiulos ad se uenire, ut eos uerbo munis-  
at, nam quando cor uerbo dei munitur  
ignita tela Satanae, mundi, carnis repel-  
lere potest, nihil in nobis uirium est ad  
uersus peccatum & insidias Satanae, neque fieri potest, ut  
sine uerbo dei Satanae reclucteris, Nam uerbū dei cly-  
peus est, & qui eo munitus est, praeuidet malū et fu-  
git. Idcirco ad compescendum indomitae iuuentutis fu-  
vorem, quem proch pudor experimur quotidie intra-  
stabiliorem fieri, non alia re opus erit quam uerbo dei,  
quod solum iuuentutem tractabile facere potest, quae  
alioquin nec uirgis, nec uerbis, aut ulli alia uitiae insti-  
tutione ad melioram uitam perduci potest.

V E R B U M autē dei in uniuersum doct timo-  
rem et fiduciam erga deum, neque deus cognosatur nisi  
timore & fide. Vbi autem non est timor, ibi neque fides  
esse potest, ubi neque fides neque timor est, neque uerbi dei  
intellectus. Hunc doændi ordinem præscribit nobis  
p̄pheta David Psal. 33. Venite filij audite me, timore  
domini doæbo uos. Deut. 10. Et nunc Israël quid do-  
minus deus tuus petit a te, nisi ut timeas dominū deum  
tuum & ambules in iuis eius, et diligas eum ac serui-  
as domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima  
tua. Proverb. 1. Timor domini principium sapientiae.  
Ratio autem huius ordinis haec est, Psal. 111. Beatus  
uir qui timet dominum etc. Psal. 33. Timete dominum

Nullæ ui-  
res sine  
Christo po-  
ssunt consi-  
stere aducer-  
sus diabo-  
lum.

Verbo dei  
œu clypeo  
ptectus no-  
timebis ne-  
q; lucē ne-  
q; tenebras  
diaboli.

Psal. 90.  
Officiū ti-  
moris dñi,  
ut nullum  
admittat  
malum.

Sunt duæ  
prædicatio-  
nes, legis  
saliæt &  
Euangelij.

omnes sancti eius, quoniam non est in opia timentibus  
cum. T I M O R autem domini est diffidentia no-  
Mortifica strae prudentiae, agnoscere omnia in manu dei esse po-  
tio est opus sita, neq; prudencia nostra quicq; usq; effecturos, neq;  
spiritus in iustitiam nostram coram deo ualituram esse. Hec est  
etli. nostri mortificatio, condemnatio et peccati agnitus,  
Vera hu que fit cognita lege, hec cognitio humiliat, humiliat-  
militas uel tio auxilium querit et gratiam, auxilium et gratia  
est uera salus est.

mortifica = L E X ostendit peccatum, doatq; quid facias et  
tio uel ue mandat, quae natura prorsus facere nequit, sic res  
ra charitas agit terretq; omnes homines, conscientiam conturbat.  
hec spiritus = E V A N G E L I V M autem bonum est nuncium,  
tus sanctus sermo de Christo, annundans per illum gratiam et  
efficit. condonationem omnium peccatorum, et doat unde  
petas uim faciendi, saliat per Christum, qui dat spiritu

Non datur tum, ut faciamus legem, qui non uult imputari, etiam  
spiritus nisi quod delinquimus, modo credamus per ipsum condona-  
prius mori ri peccatum et dari spiritum. Hec sunt iustificationis  
tificata exordia, nempe si animus agnoscat peccatum suum et  
ro fuerit, arripit promissionem de Christo, et confidit sibi igno-  
sed caro se sa noxam et placari deum per Christum, talis in gra-  
ipsam non tam recipitur.

cristigat, ide Timor autem domini penes adflictos, humiles, ui-  
oq; opus les est, is facit, ut nihil eligamus, queramus aut cupia-  
habet uer- mus quod uoluntati dei improbat, sed resignat se re-  
bo dei quo bus aduersis et prosperis, uoluntati et iudicio dei.  
cristigetur.

Verum uoluntas dei non potest cognoscari, nisi mortificato sensu carnis, quod fit per legem. Lex autem ostendit peccatum, iudicat, damnat, terreret conscientias & confundit & mortificat, non auariciam tantum aut libidinem, sed caput omnium malorum, amorem nostrum continetur. Iudicium rationis, & quicquid boni sibi uidetur habere natura.

Christus interpretatur legem, & doat cordis affectus Matth. 6. Etus exigit a lege. Paulus dicit legem esse spiritualem In lege totum exigere spiritualia, fidem, amorem dei, charitatem proximi, sic precepit, que prestare non possumus, si urgeat & premat, ut discamus querere gratiam Christi deus. Non confidere in viribus nostris, illae enim nihil possunt. Nunc audite legem.

## HAEC TRIA PRAECEPTA

docent quid Deo debeas.

### PRIMUM.

Non habebis deos alienos coram me.

Primum preceptum exigit a nobis fiduciam in deum & timorem dei, & de affectu loquitur, quasi dicaret: Primum omnium necessarium est, ut cor tuum concipiat me tibi esse deum, et qui tui rationem habeam qui usque adhuc sum de te sollicitatus ut postulem, ut cor non auerteret a me, non enim sunt deus, ut cor alio feramus. Ius, uita, Psal. 32. Beata gens cuius dominus Psal. 15.

Nihil nobis conferunt unum esse deum, sed per uno et pro deo nostro haberis

Non assumes nomen domini  
dei tui inuanum.

Hoc præceptum de sermone externo loquitur, &  
nō modo præcipit, ne ad malas imprecatiōnes utamur  
& ad periuria, sed etiam ut sit omnibus periclitantia-  
bus perfugium et porta salutis nomen domini. Turrī  
fortissima nomen domini, & omnes qui inuocauerint  
nomen domini, salui erunt. Item sæpiissime iubet scri-  
ptura facere in nomine domini quicquid facimus. i. ad  
dei gloriam referatur quod agimus, scū ut ea agamus,  
unde nomen dei non blasphemetur, sed glorificetur, ut  
nostris exemplis inuitentur alijs ad timendum deum  
& ad credendum dco. Summa, qui non timet deum,  
qui non fudit deo, nunq̄ is nomine eius bene utitur.

v. Cor. 10.  
Omnia in  
gloriā dei  
faite.

Memento vt diem Sabbathi  
sanctifices.

Tertium præceptum de factis loquitur. Sabbathum  
autem non significat dici septimi religionem, quia post  
abrogatam legem, omnes dies sunt eiusdem rationis,  
Verum nihil aliud præcipitur q̄ ut ne nos operemur,  
sed patiamur spiritum operantem in nobis, hæc est  
requies spiritus, quæ est tolerantia, pacientia omnis  
aduersitatis, ita, ut caro prorsus sit oaoſa & nō ope-  
retur. Operetur autem tantum in nobis dominus, qui  
enim carnem suam continuo mortificant, illi sabbathū  
sanctificant, & in hoc præcepto plane id exigitur, qđ

in oratione dominica precamur, adueniat regnum tuum.  
i. tu nos rege, guberna, prouide nobis Quod si quis te  
uehementer leserit, ita, ut ex animo dolcas, cœssi, et  
sine deum operari in te et mortificare carnem tuam,  
et tibi porro dominus impartiat spiritum suum.

S V M M A omnium, Confide et time solum deum:  
V erus autem timor dei et uera fides effundit in  
uocacionem nominis domini. Inuoca nomen domini et  
conijac te in illud, debemus enim recte uti nomine dei,  
salixt in secundis rebus agnoscer quod sunt dei bene-  
ficia, in aduersis rebus auxilium postulare et expe-  
ctare a deo. Permitte deum, ut mortifiætur caro tua  
et non te ipsum rege.

## QVAE SEQVVNTVR

Præcepta sunt charitatis

et comprehenduntur in hoc.

Diligere proximum tuum sicut  
te ipsum.

Quando animus est purificatus, pendetq; totus ex  
deo, et æquo fert animo omnia aduersa, statim sequi-  
tur humilitas quædam aut abiectionis sui, quia subiicit se  
animus omnibus creaturis et agnoscat se datum scrūnū  
omnibus.

Honora patrem tuum & ma-  
trein tuam, ut sis longeius super

Hæc, quid  
proximo  
debas do-  
ctm.

<sup>4</sup>  
Prouerbi.  
20. et 30.

terram.

Qui non  
honorat  
parentes,  
hunc per-  
sequetur do-  
minus.

Inimicis  
bene facien-  
dum.

Ad uxore  
proximi,  
quia eius  
caro est.

Fornicatio  
et uinū &  
ebrietas au-  
ferunt cor.

Honorandus est pater, tum futurum ut uita sit lon-  
gior, quæ uita longinqua non tantum de longa ui-  
ta, sed de omni commoditate siue corporali siue spiri-  
tuali intelligitur. Summa autem huius præcepti est, Re-  
uerere, cole, time ex animo atq; obtempera parenti-  
bus, magistratibus, & omnibus qui gerunt officiū pa-  
rentum, id est, omnes qui præfunt. Quod si quid con-  
tra deum præcipiant, parendum non est, quia oportet  
deo magis obedire q̄ hominibus. Honor autem com-  
plectitur timorem & cultum, discipulus præceptoris,  
auis magistratui, filius patri, & quisquis suo supe-  
riori obtemperabit ex animo.

### Non occides.

Ad personam proximi pertinet, id est, ab animo  
faucas, non offendas lingua & quicquid est tale. Hic  
prohibentur emulationes, calumniae, detractiones, si-  
multates, irae, odia, & vindictam uerat hæc lex.

### Non mchaberis.

Libido est in oculis, multu, uerbis, gestu, in oī co-  
gitatione, breuiter omnes uires corporis nostri sunt  
pollutæ. Hic prohibetur omnis fornicatio, incestus, hoc  
peccatum præter cætera contemptum, ignorantia dei  
& insipientiam in cordibus arguit, nullū porrò pec-  
catū aliud est, quod atrocius punitū est in scripturis  
atq; illud, id quod satis testantur, diluvium, quinq; ure-

bes in aenio absumptae, uel solus David satis indicare posset, q̄ atroiter animaduertit in hoc peccatum deus. Verum uitandæ sunt huius peccati occasiones, nempe oīum, omnes uoluptates, quæ confluunt ueluti in quādam lacunam in corporis libidinem. Sola fide uina potest caro, nulla aliare.

### Non furtum facies.

Ad bona proximi pertinet. q.d. Da omni p̄tentī, iuuato inopes da mutuo etiam sine spe recipiendæ fortis cuius, proximum tuum opibus, consilio, cruditione, & quacunq; re poteris adiuua.

### Non loquaris falsum testimoniū contra proximum tuum.

Aduerba pertinet hoc præceptum. q.d. non mentieris, sis candidus & dexter, maxima uirtutum candor, sermo tuus sit sic, sic, non, non.

### Nō concupisces domum proximi tui.

Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Vltima duo à nobis exigunt multo maiora q̄ præstare possumus, nempe summam cordis puritatem, ad

Lex requiri, ut diligatur ex corde deus & proximus.

10

quam in hac militia nos admitti oportet. q.d. non sis p  
pensus ad mala, sed sic rapiaris ad diuina, ut non ra  
piaris ad terrena, quae sursum sunt curato, rerum ter  
renarum sis negligens.

**H**AEC DECEM PRAECEPTA do  
cent quidem bona, sed non statim fiunt quae docta sunt.  
Ostendunt quidem quid facere nos oporteat, sed uirtu  
tem faciendi non donant. In hoc autem sunt ordinata  
ut hominem sibi ipsi ostendant, per quae suam impo  
temiam ad bonum cognoscat et de suis uiribus despe  
ret, et alibi ac per aliud querere auxilium, nempe  
per Christum Iesum, qui est plenitudo legis, qui solus  
quoque implet legem.

**Q**VATVOR OMNI CHRISTI.  
ano satu necessaria.

**P**RIMVM, ut recte pieque sentiamus deo,  
de scripturis diuinis, atque ut illum non uereamur mo  
do ut dominum, uerum etiam amemus ex intimis affec  
tibus ut patre beneficentiissimum. **S**ECUNDVM  
ut summa cura tueamur innocentiam, ea est, ne quem  
ledamus. **T**ERTIVM, ut teneamus charitatem,  
ut de omnibus quantum datur bene mereamur. **Q**UAR  
TVM, ut seruemus patientiam, ea praestat, ut mala  
nobis illata, si mederi nequemus, pacienter toleremus,  
non ulascentes, nec malum malo referentes.

**D**E FIDE CATHOLICA.  
Fides est uiax quedam et indubitate opinio, qua

BSB  
homo certus est se habere proprium & ignoscentem  
deum in omnibus quae aut fecerit aut gesserit, propri-  
um in bonis, ignoscentem in malis, ea fides sola iustifi-  
cat, cor pacificat atque exhilarat, sine qua impossibile  
est saluari. Non est ficta aut frigida opinio, sed ma-  
gna & uiuida, quae nihil ambigit euentura, quam ea  
quae per Christum nobis promisit deus, promisit enim  
remissionem omni peccatorum, benedictionem & ui-  
tam. H.ee fides donum dei est in cordibus nostris per  
spiritum sanctum creata, non nostris actibus ficta &  
formata, res enim uiua est, totum immutans hominem  
nullo praecedente merito nostro, sed solo uerbo dei.  
Deinde ubi uera & uiuida fides est, illic quoque uera  
& ardens charitas est, quae se in proximi commodum Disipuli  
effundit, quam dat fructum suum in tempore suo. i. Christi cha-  
 quando deus dederit occasionem, ut fratri seruiat, siue ritate cog-  
 in temporalibus siue in spiritualibus, indifferens est noscuntur.  
ad omnia tempora, loca, personas, modo sicut se deo  
plaerre, ea non simulat foris amicitiam & intus ini- Vbi non  
mitiam occultat, non proximi famam atro carbone sunt cius-  
notat, nulli inuidet. Bruciiter, alienissima est ab omni modi ope-  
noandi studio. Itaque quaecunque opera ex fide & pu- ra, ibi nec  
ro corde manant, deus in nobis operatur, quicquid fides esse  
caro & sanguis facit, peccatum est, quia sine fide im- potest.  
possibile est deo plaerre, & quicquid non est ex fide Heb. ii.  
peccatum est.

Vt igitur quis bene operetur, necesse est, ut fiat pri

**Opus quæ us noua creatura & opus seu figmentum dei, et deinceps  
prædunt de bene operetur. Deus autem pro instrumento usus  
iustificatio = & organo operatur omnia Eph. 1. Operatur autem in  
nē sunt hys nobis nihil nisi quod ipse vult et ci beneplacitū est.  
pocrisis.**

**Sunt etiam omnia nostra opera ad dei gloriam &  
Psal. 67. pro gratiarum actione, et in proximi commodū facien-**

**da, & deus secundum cor & non quantitatem ope-  
rā nostra iudicat neq; querit quid facias, sed cur facias**

**Oculi dñi Sunt itaq; opera propter Christum & non præmij  
respiacent respectu facienda.**

**Neq; salus nostra ab opere aliquo inapit, sed ab**

**auditu uerbi uitæ. Siquidem lex præcedit, ut humiliet**

**& ostendat peccatum, doceatq; nos nihil posse viribus**

**nostris, sic desperati de conatu & iustitia nostra, aran-**

**demus gratiam Christi amplectamur q; quis sicut &**

**esurit, iam habet spiritum iustificantem & nouos affe-**

**citus largientem. Hæc est cognitio misericordie diui-**

**næ, quæ efficiat ut redametur deus, efficiat, ut nos sponte**

**omnibus creaturis subijcamus, qui proximi amor est.**

### CONFESSIO FIDEI.

**Potens est In hoc Symbolo tria præcipue sunt pueris confide-**

**præstare randa. Primum, cui credant, et quis sit qui promis-**

**quod promisit. Secundū, cur pmiserit. Tertiū, quid promisit.**

**Credo in unum deum patrem**

**omnipotentem, creatorem cœli &**

**terræ. Et in Iesum Christum filium**

**Potens est  
quod promisit.**

**Primū est.  
Secundū**

ei⁹ vnicum dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto natus ex Maria virgine, passus sub pontio Pilato, crucifixus, mortu⁹ us. Et sepultus descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Multi sunt qui credunt Christum natum, sed non sibi, item passum, crucifixum etc. Saluatorem fassentur sed non suum esse assuerare audent, nec mirum, quoniam non in ipso, sed in suis confidunt operibus. Sic autem deus declarauit iusticiam suam, dum peccata hominibus donare noluit, nisi per Christum satisfactione sua quem percussit propter seculis populi sui. Ideoque per Christum liberati sumus ex captiuitate peccati, mortis legis, qui est nostra iusticia, redemptio et satisfactio, quia nulla est satisfactio praeter suppliandum Christi, nos enim, si omnia pateremur, ne pro uno quidem illoque minimo peccato satisfaceremus. Christus autem sat superque satisfeat, quia ipse innocentis sanguine suo abstulit peccata mundi. Sic per sanguinem Christi reconciliamur deo, reconciliando emundantur maculae consciencie nostrae.

Ascendit ad coelos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis, inde venturus est iudicare uiuos et mor

Oportet  
nos considerare circumspecti  
onem, ut si  
de sentia-  
mus deum  
quia regere  
ac dispensare,  
nostris  
ratione  
habere, omnia  
cui per  
ipsum sunt  
condita.

Solius dei  
est abluere  
peccata.

Per Christum peccatum delectatur in his  
qui credunt

tuos.

Ad dexteram dei patris sedet. i. regnat cum patre, nostri curiam gerit, nos exaudit, nos defendit, adiuuat in omnibus periculis.

Credo in spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & uitam aeternam.

Tertium est, Promisit remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & uitam aeternam. Nam per Christum peccatum deletur in his qui credunt, et dantur eis vires aduersus diabolum & datur uita aeterna. Cum mens nostra reijat oculos in Christum, & erravit illum satisfecisse pro peccatis nostris & propter cum nobis ignoset, & sentit deum placatum esse propter Christum, tum accipit consolationem & consequitur uitam, iustitiam, pacem, & omnia bona.

#### DE ORATIONE.

Inter precatum illa uel imprimis sunt fugienda, ne precatio[n]es no[n]stre sint prolixae ac uerbose, nec ostentationem paratam, nec de rebus quibuslibet. Affe[ct]us est, qui mouet deum, non strepitus labiorum, nam non refert q[uod] prolixa, q[uod] uocalis sit oratio, sed q[uod] ardens ac synarus affectus. Multi prescribunt quid ueline-

¶ quando quomodoq; sibi præstare uelint quod pe-  
tunt, quum sæpe preantur noxiæ. Optima petenda  
sunt à deo, non omnia & quæ conferunt ad uitam cœ-  
lestem, orandum autem ut confirmantur et augeantur  
quæ in nobis operatus est deus suo spū. Item pro paœ  
consientiæ erga deū, fiducia erga deū, paientia in re-  
bus aduersis, uera humilitate, castitate, sapientia, hæc  
diuinitus contingūt, nō nostris uiribus comparamus.

Mandatum dei est ut oremus, cui mandato ita pa-  
rere ut alijs præceptis debemus. Verum, ut dixi, om-  
nia à deo postulare possumus, quibus opus est, pro  
gloria Euangeli, pro magistratibus, pro paœ publi-  
æ, pro publicis & priuatis necessitatibus.

Sanitas cor  
poris, fa-  
ma, opes,  
paupertas  
sunt dona  
dei.

Prou. 30.

Oratio est cordis desideriū pro  
realiqua a deo impetranda.

Tria requiruntur ad orationem. Credere propter  
promissiones q; sit opem latus deus, q; exaudiat no-  
stras preces. Quicquid peccritis patrem in nomine  
meo, dabit uobis. Petite & accipietis.

Fides.

Affectus petendi aliquid, id est, ut oratio certam &  
aliquam necessitatem coninciat, cui consulere deum po-  
stulemus. Psal. 144. Prope est dominus omnibus in uo-  
cans cum in ueritate. i. affectu seu serio. deo.

Gratiarum actio pro accepto beneficio, id est, uere &  
sentire q; à deo id bonum quod acceperisti, proficiatur,  
& prædicare & confiteri apud omnes diuinitus te ad-

**ut**, et ut alij dicant deo confidere et glorificare eū.

Quō autē exaudimur à deo, hoc nos doct̄ histō-  
Domine si ria de loproso, Marā. i. qui wtū rem ad Christi arbi-  
tu uis, tua trium refert, sic & nobis faciendum est, ut in praē-  
fiat uolun bus nostris, Christi non nostram uolūtatem fieri opte-  
mus, & agnoscere Christum omnipotentem nihil cres-  
centibus denegaturum, promisit se d̄c̄us daturum no-  
bus propter filium, per qucm exaudimur.

Demum oportet nos expectare nec desperare, cū  
am si non statim iuuet nos d̄c̄us, & committire deo,  
ut pro sua sapientia constituat quando & quomodo  
nobis opem ferat. Oportet autem nos instanter orare  
si non illico id quod petimus, consequamur. Vult cū  
deus fidem nostram exerari & corroborari, etiam  
uult intelligi dona sua esse quae petimus. Sic Iōan. 2.  
Non dum uenit hora mea, & Matth. 15. in mūlicris  
Cananeæ exemplo adparet.

**H**VIVSMODI ORANDI FORMA  
Iam pr̄escripsit nobis Christus Matth. 6. que  
doct̄ quomodo & quid sit orandum.

Pater noster qui es in cœlis.

Id est imples omnia, regnas, pr̄esto ades, aliis &  
gubernas & uegetas omnia.

Sanctificetur nomen tuum,

Hic precamur ut deum cognoscamus, et ut ad dei  
gloriam referatur quicquid à nobis recte geritur. Non  
nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā, sic

**Apl'i oīa in noīe dñi faāunt & prospere suādunt.**

**Adueniat regnum tuum.**

**Tu rege nos, duc ne temere labamur, erremus, regnum mundi regnū tenebrarum est, non enim nouit neq; uoluntatem, neq; iustiam, neq; iudicium dei. Regnum dei est pacientia, modestia, pudicitia, lenitas, tolerancia, fides & charitas.**

**Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.**

**Fac ut tibi obtemperemus, quemadmodum in cœlo angeli obtemperant, fiat potius tua uoluntas de nobis quam nostra.**

**Panem nostrum quotidianū da nobis hodie.**

**Idest oīa quæ sunt aīe et corpori necessaria, fidem uerbū dei, eruditioē, famā bonā, uictū, ualitudinem.**

**Et dimittē nobis debita nostra, Remittenti sicut & nos dimittimus debitori= remittetur. bus nostris.**

**Idest ignosē nobis delicta pro tua clementia, quæ per infirmitatem in te committimus, ut tecum pacem habeamus, quemadmodum & nos inter nos uiaissim condonamus si quid alius in alium deliquit, mutuum alimus concordiam.**

**Et nenos inducas in temptationē.**

Preciamur, non ut tentemus, sed ne in tentatione  
succumbamus, hic pueri sciant diabolum tanque lconem  
rugientem circumire & querere que deuoret, adver-  
sus quem nullum presidium firmum est que precatio et  
uerbi dei consideratio, ideoque ad superandas diaboli  
insidias assiduo posulet & expectet puer auxilium  
a deo, qui nos defendit, nostri curam gerit.

Sed libera nos a malo, amen.

Eripe nos ab omnibus mundi malis.

#### DE BAPTISMO.

Cum homo propter morbum hereditarium ex Ad*m*  
in totam posteritatē deriuatū in primo ortu, totus im-  
purus, abominabilis, et fili*o* ir*e* sit, regeneretur opor-  
tet. Non aut̄ potest ex seipso regenerari, totus enī ma-  
lus est, ex aqua igitur & spiritu regeneretur necessum  
est, ut totus nouus fiat. Nouus autem fit, cum exutis  
uteris Adam exuuijs. i. omnibus affectibus naturae de-  
positis, nouus prorsus homo renasatur. i. a spiritu san-  
cto regeneratur, adeo, ut iam non sui iuris, sed sancti  
spiritus sit, ut illum quoquo uersum sequatur duæm,  
breuiter prorsus spiritualis fit. Illius regenerationis si-  
gnum est baptismus, ubi homo immersitur & rursus  
extrahitur. i. per mortem transit ad uitam. Proinde si  
deterret peccatum, infernus, mors, esto memor baptismi  
i. reuoca in memoriam signum accepte misericordiae  
diuinae. i. remissionis omnium peccatorum.

Deus quum uerbum ediderit de remissione peccatorum

BSB  
turum, signa adiecit tanq; monens. Ecce ne dubites remitti tibi peccata. Hæc signa adiijo uerbo, quæ testantur meam esse uoluntatem condonare peccata, itaq; cōstanter confide. Signa autem sunt baptizari et uesti corpore Christi, remittere alijs.

Cum itaq; baptizamur in nomine Christi, commorimur una cum illo pristinis peccatis illius morte abo litis, Paulus Ro. 6. Quicunq; baptizati sumus per Christum, in mortem ipsius baptizati sumus, si igitur accepto baptismu, peccatis pristinis et noxijs cupiditatibus mortui, par est, ut posthac uitantes turpia et pijs actibus nos iugiter excrætues, Christi mortem, ut possumus, referimus. Quoniam per baptismum inserviamur corpori Christi, et quodammodo in illum transformemur, et sic idem facti cum illo necesse est, ut corpori membrare spondeam, et ita uiuamus ne unquam relabamur in pristina uicia, sed agamus uitam baptismo dignam. At diæs, quænam est ista? Nimirum quæ nos docuit Christus, affectum misericordiae, ut failes simus ad communem uitæ consuetudinem, animi mode stiam, ne cui nos per arrogantiæ preferamus man suetudinem, paientiam, item, ut absit a nobis omnis fucus, sit mutua inter nos charitas, quæ simulandi et dissimulandi iuxta sit ignara, malefacta benefactis superare, iracundiam lenitatem, iniuriam officio, maliciam bonitate, obliuiscere malorum, meminisse beneficij. Summa, quisquis in Christo manet, persecutat in innoen-

tit, & adeo cauet ab omni peccato, ut indices magis  
ac magis adolescent in uirtutibus. Hoc autem præcepto  
**Charitate** & experimento cognoscamus quod in illius corpore  
cognoscimur sumus, quod illius spiritum habuimus, hoc est præcep-  
tur discipulis tuum meum, ut diligatis iniiciem, sicut dilexi uos.  
li Christi.

### DE CHRISTO.

*Christus in afflictis solus spes unica rebus*

*Qui nostris largam uiribus addit opem.*

*Christus habet clavem peccati & mortis & ora-*

*Quae nisi quis sapiat, nescio, quid sapiat.*

L A V S D E O P A T R I E T  
unico filio suo Christo Iesu,  
Amen.